6571

6/ Dwie karty z pergaminowego rękopisu liturgicznego XII-go wieku, wyjęte niegdyś (przez W. Wisłockiego?) z oprawy inkunabułu Nr 1346 (olim XVI. 1.7) = Plutarchi Vitae parallelae, Argentorati ca. 1472, a oprawione w ten zeszyt w r. 1927.

A. B.

Alle ia

Qui creavit om̄ia celum terramq[ue] ... mari a vocavit ad celestia ... na cum gloria

Septē[m]b[er] lectos terit hoc fuste corimbos
Si venā pandis spes has + sedulo mandis
Tercia septēbris, et denus fert mala membris
Tercia septēbris vulpes ferit a pede denā
Sydere virgo tuo bachū septēb[er] opimat

Seminat octob[er] quod maturū metit alter
Lac ede capnū cariophola lac vel ovinū
Terci[us] et d[enu]s est sic mors est aliena
Equat et october sementis tempore libra
Terci octobris gladius decimus ordine nectit

xvi	F	Kl Sept		Egidii abb. Prisci mr. Verene v[irg]
v	G	iiii	N	
	A	iii	N	
xiii	B	ii	N	
ii	C	Non		Quintini cf
	D	viii	Id	
x	E	vii	Id	
	F	vi	Id	Nativitas s. Marie. Corbiniani
xviii	G	v	Id	Gorgonii mr
vii	A	iiii	Id	
	B	iii	Id	Prothi et Iacincti
xv	C	ii	Id	
iiii	D	Idus		
	E	xviii	Kl Oct	Exaltatio s. Crucis. Or
xii	F	xvii	K	Nicomedis mr
i	G	xvi	K	Eufemie virg
	A	xv	K	Lamperti epi et mr. Sol i libra
viii	B	xiiii	K	
	C	xiii	K	Ianuarii epi et mr
xvii	D	xii	K	Vig
vi	E	xi	K	Mathei apli
	F	x	K	Emmerami et Mauricii
xiiii	G	viiii	K	
iii	A	viii	K	
	B	vii	K	
xi	C	vi	K	Eusebii pbri
xvi	D	v	K	Cosme et Damiani
	E	iiii	K	Wenzelai mr
v	F	iii	K	Memoria s. Michahel
	G	ii	K	Hieronimi pbri

xvi	A	Kl Oct		Remigii Germani et Vedasti
v	B	vi	N	
xiii	C	v	N	Leodegarii epi et mr
ii	D	iiii	N	
	E	iii	N	Xpine virg
x	F	ii	N	
	G	Non		Sergii et Bachi
xviii	A	viii	Id	
vii	B	vii	Id	Dionisii Rustici et Eleutherii
	C	vi	Id	Gereonis Victoris
xv	D	v	Id	
iiii	E	iiii	Id	
	F	iii	Id	Dedicatio ...
xii	G	ii	Id	Calixti pp. Burchardi epi
i	A	Idus		
	B	xvii	Kl Nov	Galli abb
viii	C	xvi	K	
	D	xv	K	Luce evang. Sol in scorpionem
xvii	E	xiiii	K	Ianuarii mr
v	F	xiii	K	
	G	xii	K	Undecim milium virg
xiiii	A	xi	K	Severini epi
iii	B	x	K	Severi epi
	C	viiii	K	Columbani abb
xi	D	viii	K	Crispini et Crispiniani
xviiii	E	vii	K	Amandi epi
	F	vi	K	Vig
viii	G	v	K	Symonis et Iude
	A	iiii	K	
xvi	B	iii	K	Saturnini epi
v	C	ii	K	Wolfgangi epi et Quintini. Vig

[illegible] nouembrio [illegible] / [illegible] iste decemb[illegible] mensis
His utaris ho' spēb' cum cynamomo / Apte s membris calid res mense decemb'
Scorpi' est quint' et terci' ad mala cinctus / Septim' ex anguis uiros de[illegible] ut anguis.
Quinta nouembris ac uix tercia mansit [illegible]rna / Dat duodena choors septē inde decē q; decemb
Scorpi' hibernum pceps iubet ire nouembrē / Terminat architenens medio sua signa de[illegible]

	D	KL	Festiuitas oĩus
xiii	E	iiii	N Victorini epi. Animaꝝ
ii	F	iii	N
	G	ii	N
x	A	NON	Felicis ꝯf
	B	viii	Id Willibrordi epi Leonardi ꝯf
xviii	C	vii	Id
vii	D	vi	Id IIII coronatoꝝ
	E	v	Id Theodori mr
xv	F	iiii	Id
iiii	G	iii	Id Martini epi Menne mr
	A	ii	Id
xii	B	IDUS	Bricii epi
	C	xviii	K Decemb
	D	xvii	K
viii	E	xvi	K Othmari abb.
	F	xv	K Sol in sagittarium
xvii	G	xiiii	K
vi	A	xiii	K
	B	xii	K
xiiii	C	xi	K
ii	D	x	K Cecilie virg
	E	viiii	K Clementis pp. et mr
xi	F	viii	K Crisogoni mr
xviiii	G	vii	K Katherine v. et m.
	A	vi	K [illegible]
viii	B	v	K Virgilii epi
	C	iiii	K Theodoli mr D
xvi	D	iii	K Saturnini Crisanti Darie et [illegible] Vig
v	E	ii	K Andree apli

	F	KL	Decemb Longini mr
xiii	G	iiii	N
ii	A	iii	N Sole ꝯf
x	B	ii	N Barbare virg
	C	NON	
xviii	D	viii	Id Nycolai epi
vii	E	vii	Id Oct. andree.
	F	vi	Id Eucharii epi Conceptio [illegible]
xv	G	v	Id
iiii	A	iiii	Id Eulalie virg
	B	iii	Id Damasi pp
xii	C	ii	Id D
i	D	IDUS	Lucie virg Otilie virg [illegible]
	E	xviiii	K Ian
viiii	F	xviii	K
	G	xvii	K
xvii	A	xvi	K
vi	B	xv	K Wunnebaldi ꝯf abb Sol in Capricornum
	C	xiiii	K
xiiii	D	xiii	K Vig
iii	E	xii	K Thome apli
	F	xi	K D
xi	G	x	K
xviiii	A	viiii	K Vig dni ihu xpi
	B	viii	Nat dni nri ihu xpi Anastasie virg
viii	C	vii	Stephani ptho mr
	D	vi	Johis apli et evang
xvi	E	v	SS Innocentium
v	F	iiii	Thome mr
	G	iii	
xiii	A	ii	Siluestri pape et conf

p Scandere ... [marginal note, illegible]

Agens psecta dn̄i. In pascha dn̄i

Ad cenam agni puidi 7 stolis albis candidi post transitum maris rubri xp̄o canamus principi. Cui corpus sanctissimum in ara crucis torridum cruore eius roseo gustando uiuimus deo. Protecti pasche uespere ad euastante angelo erepti de durissimo pharaonis imperio. Iam pascha nr̄m xp̄s ē q̄ immolatus agnus est sinceritatis azima caro eius oblata est. O uere digna hostia p quā fracta sunt tartara redempta plebs captiuata redit ad uite pr̄mia. Cum surgit xp̄s tumulo uictor redit de baratro tirannum trudens uinculo 7 reserans paradysum. Qs auctor oīum in hoc paschali gaudio ab oī mortis impetu tuū defendas pplm. Glā t dn̄e q surrexisti amortuis cū patre 7 scō spū insempiterna sctā. AO. De sanctis q;

Uita scōr deus angelor uita cunctor pariter pior xp̄e q mortis moriens munus tuū exuperasti. Tu tuo lectos famulos tropheo nc̄ nobis serua placidus diebus in qb; scōm celebrat omne pascha p orbem. Pascha q uictor rediens ab imo atq; cū multis aliis resurgens ipse suscepta suḡ alta carne astra leuasti. Nunc in excelsis dn̄s refulgens 7 supra celos dōs eleuatur inde uentus hō iudicatus denuo iudex. Corda tu sursum m nr̄a tolle q pat dexter residens inalto ne resurgentes facias in yma ꝑcipitari. Hoc pat tecū hoc idē sactus prestet ambor piē xp̄e flatus cum qb; regnat deus uni omnis iugit euo. AO. Ad cōpt.

Ihū nr̄a redeptio amor 7 desideriū dōs creator omniū hō i fine tepor. Que te uicit clementia ut ferres nr̄a crimina crudelē morte patiens ut nos amorte tolleres. Inferni claustra penetrans tuos captiuos redimens uictor triumpho nobili ad dextrā patris resides. Ipsa te cogat pietas ut mala nr̄a supes parcendo 7 uoti compotes nos tuo uultu facies. Glā t dn̄e q surrexisti amortuis cū patre 7 scō spū insempiterna sctā. AO. De scā Walburga.

Suscipe uoces pariter q; laudes quas tibi te ꝑnunt deuota sponsa celestis copulata regi scā walburgis. Te ꝑme uo iuuentutis flore sponsus celestis adamauit xp̄e 7 sibi templū te sacrauit altum inquo maneret. Tu te metipsam fide decoratā spe roboratā caritate plenā corde benignā castitate pulchrā xp̄o dicasti. Inde nc̄ cara dei margarita 7 ꝑciosa uocitaris gemma te nāq; plebes utriusq; sexus laude frequentant. En q̄d supna resides in aula 7 q̄d incelo potens es cū xp̄o iudicant scī cunctis recolenda 7 memoranda. Demones tuis meritis fugatur claudi curantur ceci luminant audiunt surdi eriguntur curui muti locuntur. Virginē inde te rogamus sacrā ut ꝑ peccatis obsecrando pia. ueniā nobis impetrare uelis sponsa celestis. Hic 7 in tuo dens nos amore liberet cunctis prius ab aduersis atq; futurā donet nob uitā pace ꝑenni. Sit do pat laus 7 honor sep glā nato spiritui scō quor maiestas 7 una potestas ē intrinum. Am̄

XVI. 1. 7.

In ascensione domini

Festum nunc celebre magnaque gaudia conpellunt animos carmina promere cum Christus solium scandit ad arduum celorum pius arbiter. Conscendit iubilans letus ad ethera celorum populis predicans inclitum concinunt pariter angelici chori victoris bonum gloriam. Qui scandens superos vincula vinxerat donans ingenuis munera plurima districtus rediet arbiter omnium quod nunc mitis modo transiit. O ramus domine conditor inclite devotos famulos respice protegens ne nos livor edax demonis obruat demergat vel in inferos. Ut cum flammivoma nube reverteris occulta hominum pandere iudicans ne des supplicia horrida noxiis set iustis bona premia. Presta hoc genitor optime maxime hoc tu nate dei et bone spiritus regnans perpetuo fulgida trinitas per cuncta pie secula. Amen.

In adventu sancti spiritus

Veni creator spiritus mentes tuorum visita imple superna gratia que tu creasti pectora. Qui paraclytus diceris donum dei altissimi fons vivus ignis caritas et spiritalis unctio. Tu septiformis munere dextre dei tu digitus tu rite promisso patris sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus infunde amorem cordibus infirma nostri corporis virtute firmans perpetim. Hostem repellas longius pacemque dones protinus ductore sic te previo vitemus omne noxium. Da gaudiorum premia da gratiarum munera dissolve litis vincula astringe pacis phedera. Per te sciamus da patrem noscamus atque filium te utriusque spiritum credamus omni tempore.

In natale sancti Iohannis baptiste

Ut queant laxis resonare fibris mira gestorum famuli tuorum solve polluti labii reatum sancte Iohannes. Nuntius celso veniens olimpo te patri magnum fore nasciturum nomen et vite seriem gerendi ordine promit. Ille promissi dubius superni perdidit promte modulos loquele sed reformasti genitus perempte organa vocis. Ventris obstruso positus cubili senseras regem thalamo manentem hinc parens nati meritis uterque abdita pandit. Antra deserti teneris sub annis civium turmas fugiens petisti ne levi saltem maculare vitam famine posses. Prebuit hirtum tegimen camelus artubus sacris strophium bidentes cui latex haustum sociata pastum mella locustis. Ceteri tantum cecinere vatum corde presago iubar affuturum tu quidem mundi scelus auferentem indice prodis. Non fuit vasti spacium per orbis sanctior quisquam genitus Iohanne qui nefas secli meruit lavantem tingere limphis. O nimis felix meritique celsi nesciens labem nivei pudoris prepotens martyr heremique cultor maxime vatum. Serta ter denis alios coronant aucta crementis duplicata quosdam trina centeno cumulata fructu te sacer ornant. Nunc potens nostri meritis opimis pectoris duros lapides repelle asperum planans iter et reflexos dirige calles.

mundi sator et redemptor